

LEOPOLDUS

DI VINI. IAVENTE
clementia Electus Romanorum.
Imperator semper Augustus ac
Germania, Hungaria, Bohemia
Dalmatia, Croatia, Sclavonia
&c: Rex, Archidux Austria, Dux
Burgundia, Brabantia, Styria,
Carinthia, Carniola &c: Marchio
Moravia, Dux Luxemburgia ac
superioris & inferioris Silesia, Wirt
tembergæ & Teckæ, Princeps Sue
via, Comes Habspurgi, Tyrolis, Fer
retis, Kyburgi & Goritia, Landgra
vius Alsatia, Marchio Sac: Rom:
Imp: Burgovia ac superioris et
inferioris Lusatia, Dñs Marchia Scla
vonica, Portus Naonis & Salinarum.

NOSTRO SACRI,
que Romani Imperij fidei di-
lecto **Arnoldo Costerio** Prætori
Werthensi gratiam nostram
Cæsaream atque omne bonum

Cum nihil sit inter mortales
sublimius Imperiali Majestati et cel-
situdini, quam **DEUS** optimus maxi-
mus cæteris humanis dignitatibus præ-
eminere voluit, ut micantissimis suis
radijs cum Imperium, tum reliquum
terrarum orbem illustrat: par equidem
est, ut quem providentia Divina ad vesti-
gium hoc erexit, is dignitatem munus,
que hoc ita administret, ut ad exemplum

divina
finitis
tenet
nutu in
mine colle
Nobis du
Antecess
Imperat
in alijs, tu
miter in
presenti
tempore
pacis tem
victus et
tegritas, t
que Imper
Austria

divina quam proximè accedant, nullisq;
finibus clementiam et liberalitatem suam
teneat circumscriptam. Unde et Nos divina
nutu in sublimi hoc Imperiali solij cul-
mine collocati, nihil prius antiquiusque
nobis ducimus, quam præclaris Divorum
Antecessorum nostrorum Romanorum
Imperatorum institutis ac vestigijs, cum
in alijs, tum vero hac ipsa in parte fir-
miter inhaerendi bonos quosq; viros eos
praesertim quos præter originis honesta-
tisq; merita etiam et res tam belli quam
pacis temporè cum laude fortiter gesta,
virtus etiam propria, prudentia et in-
tegritas, tum et spectata in Nos Sacrum
que Imperium et Inclytam nostram
Austriae Domum, fidei et observantiae

devotis commendatos et gratos reddunt,
favoris iugiter amplecti, eorumq; orna-
mentis iuvandis clementer adspicere, atque
ita honestae cupiditatis igniculis, morta-
lium animis à natura insitis, fomitem
etiam addere.

Intelligentes itaque te Arnol,
dum Costerium in Belgio Hispanico
ijs honestis Parentibus ac maioribus
ortum esse, qui Augustae Comiti nostrae
Austriacae in Saeculo aequo Imperio Ro-
mano-Germanico, quam Hispaniarum
Monarchia, praeclearae suae fidei ac de-
votionis studia à plurimis iam annis
tam togam quam sagam exhibuerint, seq;
ijs haud de genere in id sedulo haec

reus in
qui a
tam ne
que vi
gisque
perone
in hoc
tramu
rus, ut
quod e
omnen
duxim
quo gr
sine q
major
petuo s
corandu

nus incubuisse: quo hanc inconcussa atque
quae avitae fidelitatis laudem in te deriva-
tam non excoleres solum, sed proprijs quo-
que virtutum meritis magis semper ma-
gisque illustrares atque adaugeres: Nec
perinde ullatenus dubitantes, quin
in hoc veri honoris, decorisque, sectandi
tramite eam constantiam sis perseveratu-
rus, ut posteritas etiam tua egregium
quod imitetur exemplum, ex te habeat;
omnino faciendum dementiter Nobis spi-
duximus, ut te insigniori etiam ali-
quo gratia nostra Caesarea mnemo-
signo, quod tibi posterisque tuis non
majori solum ad id excitamento sed per-
petuo simul honori sit et ornamento conde-
corandum stimulandumque susciperemus.

Motu itaque proprio, ex certa
scientia, animo bene deliberato, ac sa-
no acudente consilio, deq; Casarea no-
stra authoritatis ac potestatis pleni-
tudine t. **Arnoldum Costerium** om-
nesq; tuos liberos, heredes, posteros atq;
descendentes ex legitimo thoro natos
et nascituros in infinitum, masculos fa-
riter ac faeminas, in numerum, coetum,
consortium, statum, gradum ac dignita-
tem nostrorum et Sacri Imperij, aliorum
que Regnorum ac ditionum nostrarum
hereditariarum **Nobilium** assumimus
extollimus et aggregamus, vosq; omnes
et singulos iuxta sortis humanae qua-
litate. **Nobiles** et tanquam de No-
bili genere, domo, ac familia procrea-

tos dicimus ac nominamus atque adeo ab
omnibus et singulis cuiuscunque gradus, sta-
tus, ordinis, conditionis, dignitatis aut
præminentiæ existant, pro v. r. **Nobi-**
libus dici, nominari, haberi reputarique
volumus.

Decernentes, quod ubique locorū
et terrarum tam in judicijs quam extra
in rebus spiritualibus ac temporalibus, Ec-
clesiasticis et Profanis quibuscunque, nec
non in omnibus et singulis actibus et ex-
ercitijs possitis et valeatis iisdem honoribus
officijs, juribus, libertatibus, gratijs et ben-
ficijs uti, frui, potiri atque gaudere, qui-
bus alij nostri ac Sacri Romani Imperij
aut aliorum quorumcunque Regnorum

ac Dominiorum nostrorum hereditariis,
rum **Nobiles** a quatuor Avis Paternis et
maternis geniti utuntur, fruuntur, poti,
untur et gaudent, quomodolibet consue,
tudinē v. l. de jure.

Utque huius **Nobilitatis** tua exter,
num quaque quod in oculos hominum clarius
incurrat, documentum exstet, predictā
nostrā auctoritatē: Casarē tibi ac poster,
itati tuā legitimā universā masculinā
et foemininā non solum antiqua tua qui
bus hactenus usus fuisti armorum insig,
nia clementer approbavimus, ac ratifica,
vimus, verum etiam ex speciali quadam in
te gratia auximus et locupletavimus pro,
ut tenorē presentium eadem approbamus

confirmamus, ratificamus, augemus ac locu-
plētamus, inquit hunc qui sequitur modum
posthac habenda et deserenda concedimus
clementer atque elargimur. Scutum videli-
cet caeruleum seu azureum, tria mala pū-
nica coronata in medio fissis et granā sua
nativi coloris pandentia cum suis singula
termit: frondoso atque virent: ita in tri-
gono exhibeat, ut bina superna, et tertium in-
ferne conspiciantur. Scuto incumbat Ga-
lea aperta seu clathrata tornearea vul-
go dicta, coronā aureā superimpositā ac
phaleris seu lacinijs utrimque auris et
caeruleis mixtim circumfisis, et ab utro-
que latere partim in altum volitantibus,
partim molliter defluentibus ornata, ē
cuius cono homo silvestris balteo viridi

ā la
te in
bran
ris et
exsu
tagi
tus r
assu
aetif
m: du
ta con

Volent
quod
ster
ae de
monu

à levo humero in dextrum latus dependen-
t: insignis, dextra clavam viridem vi-
brans, sinistra vero Leonem nativi colo-
ris erumpentem domans, umbilicatus
exurgat: utriusque scuti latus bini ver-
tagi albi linguis rubris exsertis collari-
bus rubris atro pretextis cincti in altum
assurgentes sustineant, prout hæc omnia
artificiosa pictoris manu ingeniosius in
medio huius Diplomatis ad oculos posi-
ta conspiciuntur.

Volentes ac firmiter statuentes
quod tu antememorat: **Arnolde Co-**
sterie omnesque Liberi, posteri, hæredes
ac descendentes tui legitimo ex matri-
monio nati et nascituri in infinitum

masculi pariter ac foemina iam descrip-
ta gentilitia armorum insignia ex hoc
perpetuo posthac tempore in omnibus et
singulis honestis et decentibus actibus,
exercitijs atq; expeditionibus tam serio
quam ioco in hastiludijs seu hastato-
rum dimicationibus pedestribus vel eque-
stribus, in bellis, duellis, singularibus ve-
taminibus, et quibuscunq; pugnis, emi-
nis, cominus, in scutis, bannerijs, vexil-
lis, tensorijs coenotaphijs, s: pulchris, mo-
numētis, clivodijs, annulis, monilibus,
sigillis, aedificijs, parietibus, fenestris,
ostijs, lacunaribus, tapetibus ac suppel-
lectilibus quibuscunq; tam in rebus spi-
ritualibus quam temporalibus et mix-
tis, in locis omnibus pro rei necessitate

et volu
Imper
libere e
diction
qui: ut
leatis.

Quae ip
steri
sarea
nes con
tia et
qui: stu
mo ex
tibus
tuim
ter con

et voluntatis tuae arbitrio aliorum Sacri
Imperij **Nobilium** scutiferorum more
libere et absque impedimento vel contra-
dictione habere gestare ac deferre iisdem
quae uti ac frui quovis modo possitis et va-
leatis.

Quae ipsa **Nobilitas** tua **Arnolde Co-**
steri ut ulteriori beneficentia nostra gra-
sarea exornata, magis reddatur apud om-
nes conspicua, eadem auctoritate, scien-
tia et festo statu quibus supra tibi omnibus
quae suis Libris hereditibus, et posteris legiti-
mo ex matrimonio perpetua serie descenden-
tibus tam masculis quam feminis consti-
tuimus, ac gratiam hanc specialem clemen-
ter concessimus, prout presentium tenore

concedimus et elargimur, ut impoſterum
vos Nobiliſſimo prædicato *Costerij à Boscho*
ſen. denominare, appellare et vocare poſ-
ſitis, atque ab alijs etiam ita denominari,
appellari et vocari tam ſcripto quam vi-
va voce ſeu nuncupatione verbali valeatis
et debeatis.

Apti quoque ſitis et idonei ad incun-
dum et recipiendum omnes gratias, liberta-
tes, exemptiones, feuda, privilegia, vacatio-
nes à muneribus et oneribus quibuscunque
realibus, personalibus, ſive mixtis, adutendum
denique ſingulis juribus quibus ceteri à Ni-
bis et Sacro Romano Imperio huiusmodi
ornamentis inſigniti et feudorum capaces
ac participes utuntur, fruuntur, potiun-

tur
Nos
que
vis

Man

ſine

Sac

et s

Que

rib

Gu

Præ

ribu

gun

giſ

Lot

tur et gaudent consuetudine vel d. jure,
Nostris tamen et Sacri Imperij aliorum
quorumcunque juribus semper sal-
vis et illasis.

Mandamus proinde omnibus et
singulis Electoribus, alijsq; Nostris et
Sacri Imperij Principibus Ecclesiasticis
et secularibus, Archiepiscopis, Episcopis,
Comitibus, Marchionibus, Baronibus,
Militibus, Nobilibus, Gentibus,
Gubernatoribus, Capitaneis, Vicedominis,
Præsidibus, Præfectis, Castellanis, Recto-
ribus, Locumtenentibus, Officialibus, Re-
gum Heraldis et Aduccatoribus, Ma-
gistratibus, Consulibus, Burgimagistris,
Potestatibus, Iudicibus, Civibus, et gene-

raliter omnibus nostris et Sacri Romani Im-
perij Regnorumq; et Provinciarum nostrarum
hereditariarum subiectis ac fidelibus dilectis
cuiuscunq; status, gradus, dignitatis, ordi-
nis vel conditionis existant, ut t: sap: no-
minatim **Arnoldum Costerij de Bosc-**
hofen omnesq; Liberos, heredes, posteros,
ac descendentes suos legitimos in infini-
tum universis ac singulis privilegijs et
gratijs vobis vigor: huius nostri Diploma-
tis competentibus, eo quo in superioribus ha-
betur modo, pacifice, quiete, et sine omni
prorsus impedimento aut molestia uti,
frui, possideri, atq; gaudere sinant, adeoq;
vos in ijs omnibus defendant conservent
et manuteneant, et alios ne quid in con-
trarium attentent vel moliantur pro vi,


ribu
aut
se
men
gra
dign
aur
steo
soru
veri
nos
tis
rit
H arc
ma
li n

ribus impediant et prohibeant. Si quis
autem praesens edictum hoc nostrum Im-
periale transgredi, vel ausu quopiam te-
merario violare conatus fuerit, is praeter
gravissimam nostram et Sacri Imperij in-
dignationem quinquaginta marcarum
auri puri mulctam. Fisco seu arario no-
stro Imperiali ac injuriam passi vel pas-
sorum usibus ex a quo pendendam se no-
verit ipso facto toties, quoties contra hanc
nostram creationis, concessionis, liberalita-
tis et gratiae immunitatem factum fue-
rit, premissibilibiter incursum.

Harum testimonio litterarum
manu nostra subscriptarum, et sigil-
li nostri Caesaris appensione munitarum


Datum in Civitate nostra Vienna die
quarta Mensis Aprilis Anno Domini
millesimo sexcentesimo, septuagesimo oc-
tavo Regnorum nostrorum Romani vi-
gesimo, Hungarici vigesimo tertio, Bo-
hemici vero vigesimo secundo.

Leopoldus

† Leopoldus Guilielmus
Comes in Kinnsegg. 



Amandatum Sac. Cæs.
Majestatis proprium

Christoph Bauer 

Le sieur Joseph Vandenberg, Seigneur de Sodelinsart et de Castillon, conseiller de
S. M. Cæs. faisant la Charge de Premier Roi d'Armes d'icelle Maison d'Autriche
et d'Espagne Certifie et Declaire d'avoir tenu notice, et memoire, de ces presentes Lettres

Patentes de Sa Ma^{te} Imperiale es livres et Registres de ma Noble Charge
de Secrétaire et Escri^{ve} des mercedes et graces y exprimees sans obstacle et contradiction
de Sa Ma^{te} Cath^{ol} que tout ailleurs où besoin sera. En desmoing de ce ay signe cette
en la ville de Bruxelles ce xiiij^e Febr^{rier} 1696:ff.

J. Vandenberghe

Reg. 101

Messire Jacques Francois Maurissen Chevalier Roi et Merault d'Armes
de Sa Ma^{te} Cath^{ol} a titre de Gueldres Declare et Atteste d'avoir au Registre
de mon^{dit} Office enregistré ces presentes Lettres Patentes Imperiales afin que l'Impetrant
d'icelles puisse librement sans obstacle et contradiction se prevaloir et user des mercedes
y exprimees sous le Domaine de Sa Ma^{te} et ailleurs où besoin sera. En desmoing de ce ay signe
cette en la ville de Bruxelles ce xiiij^e Febr^{rier} 1696.

J. Maurissen
et Gueldres

Den ondersp. Raedt ende Mombir van sijne Keyserl. ende Cath. Majest. in den
Vorstendomme Gelre, verlaert in conformiteit van sijne Hooghmoet. Majest.
adres van den 12 jan; ende 19 augh^t 1724 dese opene brieven van Deldom-
gewissteert te hebben, ende van deselve ten comptoire van sijn officie, notitie
te hebben gehouden, aironde Rinn. den 16 feb: 1725.

J. G. de Veijns



LE

D
dem
Imp
Gen
Dal
&c:
Bur
Car
Mon
sup
tem
via
retis
vius
Imp
infe
vom